UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

21. In festo Simonis & Iuda Apost. De dilectione mutua & persecutione. Io. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

ſubmittere ſe maioribus, eosq́ue reuereris id imitare, & humiliaueris te ſicut paruulus. 9.

Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis, quia angeli eorum in cœlo ſemper vidēt faciem Patris mei, qui in cælis eſt, Conſidera quam graue peccatum ſit, parui facere puſillos, maloque exemplo offendiculum illis prębere: ſi enim ea re offenditur angelus eorum cuſtos, qui ſemper verſatur in conſpectu Dei, verendum eſt, ne non aduocatum tuum, vt ſolet, ſed accuſatorem agat. 2. conſidera, angelos etſi continenter in nobis cuſtodiendis & miniſtrandis ſint occupati, nō ideo abſtinere ab aſſidua diuinę faciei contemplatione: vt diſcas licet aliquando litterariis, vel aliis occupationibus ad ſalutem proximi ſpectantibus ſis diſtentus, non debere tamen obliuiſci orationis, & contemplationis rerum cœleſtium.

IN FESTO SIMONIS ET IVDÆ APOSTOLORVM. 28.Oct.

De dilectione mutua & perſecutione.

Ioann. 19.

DIXIT *Ieſus diſcipulis. Hæc mando vobis, vt di-* 1.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, ſci-
tote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de
mundo fuiſſetis, mundus, quod ſuum erat, di-
ligeret.* Conſidera, cur Chriſtus tam ſedulo
mandet & commendet diſcipulis ſuis dile-
Homil. 27. in Euan. ctionẽ mutuã; quia videlicet, inquit B. Gre-
gorius, omnia alia præcepta in ſola carita-
te ſolidantur. Vt enim multi rami ex vna
radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex vna
caritate generantur, nec habet aliquid vi-
riditatis ramus boni operis, ſi non manet
in radice caritatis. 2. Cõſidera; magno ſola-
tio eſſe debere pietatis ſtudioſis, ſi ob pie-
tatẽ videat, ſe multis malis hominib. exo-
ſos, quia ea in re ducẽ & anteſignanũ ha-
bẽt Chriſtũ ſaluatorẽ ſuum & cõditorẽ, quis
aũt miles tam vecors ſit, qui nõ velit ſimi-
lis ẽẽ ſuo Imperatori? deinde ponere etiam
in lucro, quia ſi patienter odiũ iſtud ferãt,
certum argumentũ habent, ſe nihil habere
cum mundo commune, quia mundus ni-
hil ſuum, id eſt, nullam cupiditatem opũ,
honorum & voluptatum inuenit in illis.

2.] *Non eſt ſeruus major Domino ſuo. Si me
perſecuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonẽ
meũ ſeruárunt, & veſtrũ ſeruabunt.* Conſi-
dera, multis modis te eſſe ſeruum Chriſti:
1. qua homo es, & ad imaginem Dei crea-
tus, 2. qua chriſtianus, quia te pretioſo ſan-

guine ſuo ex ſeruitute peccati & dœmonis redemit. 3. quia ſponte te ab iurata pompa Sathanę in baptiſmo ei conſecraſti. 4. quia totum te ſi religionem es ingreſſus, in holocauſtum, ei & ſuperioribus obtuliſti, ac ideo plusquã alii obligatus es eum imitari etiã in patiendo. 2. Conſidera ideo Chriſtũ præmonere de perſecutionib. ſuos diſcipulos, vt intelligãt tũc veros diſcipulos & ſeruos Chriſti ſe futuros, ſi Chriſtũ maximè in paſſiõe imitẽtur, *Omnes n. q pie viuere volũt*, vt docet Apoſtolus, *pſecutionem patiẽtur*; à mundo ſc. dœmone & carne. 2. Timoth. 3

Si non veniſſem & locutus eis non fuiſſem, peccatũ nõ haberent: ſimiliter ſi opera nõ feciſſem in eis, q̃ nemo alius fecit. nunc autem excuſationẽ nõ habent. Cõſidera, cũ Chriſtus per ſua beneficia ſpiritualia toties nos viſitarit, vt quod Chriſtianis parentib. orti à Catholicis pręceptorib. inſtituti ſimus, & quotidie tot diuinas inſpirationes, cõciones & exhortationes, ſanctiſſimaq; exẽpla Sanctorũ miraculis illuſtriũ, vel ſanctitate conſpicuorũ, habeamus & videamus, inexcuſabiles nos fore in die iudicii; ſi de fide Catholica aliquando dubitemus, aut vitam Chriſtiano homine dignam non inſtituamus. 2, Conſidera, cum Iudæi, quibus locutus eſt CHRISTVS, & coram 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quibus miracula fecit, ideo inexcuſabi
ſint, quia pertinaces in ſua ſententia ma
ſerunt, & putarunt meſſiam non poſſe
tam pauperē & abiectum, vt ille erat; q
tum à pertinacia, & proprio iudicio
horrere debeat, maximé cum periclita
fides vel caritas.

1. Nomemb. IN FESTO OMNIVM SA
CTORVM.

De octo Beatitudinibus. Matt. 5.

1. IESVS *in monte ſedens, eleuatis oculis in*
ſcipulos ait. Beati pauperes ſpiritu, quoni
ipſorũ eſt regnum cœlorum. Cõſidera, Ch
ſtum ideo in mõte iſtas beatitudines
cuiſſe, vt indicaret eas capi non poſſe, n
ab iis, qui perfectionis maioris deſide
deſertis vitæ ſacularis vallibus, ſectan
Ieſum per iuga virtutum. 2. conſidera
vt bonum architectum perfectionis C
ſtianæ altiſſimum ponere fundamentu
nempe Paupertatem ſpiritus, in qua d
principes virtutes continentur, conte
ptus opum & illicebrarum huius ſecul
contemptus ſui; vel paupertas voluntar
& vera humilitas. 3. cogita paupertatis v
luntariæ pręmium eſſe regnum cœloru
qu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN